## Alphabetum Barmanorum seu regni Avensis / [Anon].

#### **Contributors**

Mantegazza, Gaetano Maria, 1745-1794. Amaduzzi, Giovanni Cristoforo, 1740-1792. Catholic Church. Congregatio de Propaganda Fide.

## **Publication/Creation**

Romae: Typis Sac. congregationis de propaganda fide, 1787.

### **Persistent URL**


https://wellcomecollection.org/works/fm3z4nr8

### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.





Digitized by the Internet Archive in 2016 with funding from Wellcome Library

## ALPHABETUM BARMANORUM

S E U R E G N I A V E N S I S

EDITIO
ALTERA EMENDATION



ROMAE MDCCLXXXVII.

Typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide

PRAESIDUM ADPROBATIONE



# HOKOKOKOKOKOKOKOK

## L E C T O R I ERUDITO

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

Praeses Typographiae Sacrae Congregationis de Propaganda Fide

Ivina illa idiomatum charismata, quibus peculiari, ac caelesti prorsus largitate, ac privilegio donati fuerunt Apostoli, ut cunctis gentibus linguarum numero diversis evangelii veritates praedicarent, adumbrare, aemulari, vel potius compensare nititur sacra Propagandae Fidei congregatio, dum varia exoticarum linguarum genera consectatur, quae suis typis exprimat, quaeque fidei praeconibus, quos suis sumptibus in longinguas regiones ablegat, tamquam instrumenta praesentissima, quibus instruantur, & commendentur, comparet, atque proponat. Postquam postremis bisce temporibus de Indicis lin. guis potissimum sollicita Tibetanae, seu Tangutanae, Brammbanicae. seu Indostanicae, & Malabaricae, seu Samscrudonicae, quibus nos pro viribus iam praefari fluduimus, alphabeta 19pographicis omnibus formis instructa, persicienda

curavit, & aliquot etiam Christianae sidei rudimenta iisdem expressa edere sategit, animum tandem Barmanorum idiomati, quod in regno Avensi potissimum obtinet, asmovendum censuit. Commode iam ab anno CIDIOCCIXXVI. buius idiomatis apices, & elementa, pro ut nobis communicata tunc suerunt a viro religioso, & ex Peguensi missione reduci, typorum nostrorum ministerio innotucrunt, editis nimirum primioribus buius linguae speciminibus, tum etiam christianae nostrae doctrinae compendio.

At dein appulso ad nos altero apostolicae missionis administro, Caietano Mantegatio Insubre, Clerico regulari Sancti Paulli, nunc Episcopo Maximianopolitano, qui & exactiores borum characterum formas, & accurationa iphus linguae rudimenta secum attulerat, novum ortum est conssium, tum vei veritati consonum, tum sanctissimi instituti nostri curis, studiisque conveniens, quo borum characterum elementa ipsa recuderentur, & reformarentur linguae praecepta, bisque sic in melius comparatis catechismi editio barmanice insonans instauraretur. Scilicet exstabat in bibliotheca. collegii Urbani propagandae sidei palmis, quas Peguani olas vocant, consignatus christianorum dogmatum catechismus, isque Peguanis elementis, & vocibus conscriptus, quem maxima parte Iohannes M. Percotius Utinensis in Alpihus Iuliis, Episcopus Massulensis, & missionum apo-

光學光學光學光學光學光學光色

stolicarum in regno Avensi, & Peguano praefectus benemerentissimus (1) pro ea, qua pollebat, virtute, & diligentia concinnaverat. Quare buiusmodi catechismus, qui tamquant accuratissimum divinae legis, & sacrorum bibliorum excerptum haberi debet, dignus habitus est, qui ceteris praeponeretur, tamquam illarum gentium captui, & necessitatibus potissimum conveniens, postquam eas subiisset tum permutationes, & reformationes, tum elucidationes, ac marginales declarationes, quas ex consilio duorum, quibus baec cura commissa fuerat, S. R. E. Cardinalium sane sapientissimorum nempe Leonardi Antonellii, & Sigismundi Gerdilii, sacra ipsa congregatio recipiendas censuit. Quare dum religioni, de qua nos potissimum laboramus, ea, qua decet, securiori ratione consulimus, etiam illis ex litteraria publica viris, qui exoticarum linguarum studio

DHOH OH OH OH OH OH OH OH

OH OH OH OH OH OH OH OH

<sup>(1)</sup> Eius vitae commentarium nuper edidit Michael Angelus Griffinius Cler. reg. S. Paulli, quod Utini typis fratrum Gallicorum excusum est anno 1781. Ibi discere. est virum de christiana religione optime meritum diem supremum obiisse Avae pridie idus decembris anni 1776., cum natus esset annos XLVII. menses v. dies XVII.

THE HORSE TO THE PROPERTY OF T

tum & concinniora praesidia praebemus. Qui ergo in superiores tum buiusmodi alphabeti, tum & catechismi editiones inciderit, nihil ipsis tribuendum sciat, sed haec solum, utpote emendatiora posteriorum curarum exempla attendere

velit .

. III. Huius vero linguae, quae Avae potissimum usurpatur, ceterisque praestat idiomatibus, extensionem per reliqua sive regna, sive provincias Avae regi subiectas, atque huius regni, ceterarumque ditionum fines nunc baud designandos rensemus, cum buiusmodi rerum notiones aliunde peti facillime possint . Tunto borum populorum omnium superstitionem, qua & numen Godoma colunt, & absurdas de mundo o anima opiniones fovent, ceteraque ad Bomanorum gentem pertinentia ex Mendezio Pintio, ex Morerio, ex Martinierreio, & ex Raynalio -quanquam non omnia apud ipsos veritati respondeant agnoscenda relinquimus. Barmanam nobis modo linguam proponere solum. curae erit; quam quidem ita appellare placuit, st ea staret etiam nomenclatura, quae primum ab Europeorum errore, seu vitiosa pronunciatione profecta, locum dein obtinuit in geographicis libris, tabulisque, quaque designari ea gens vulgo coepit, quae trans Gangem in Asia degit, quaeque Bomana potius appellanda esset. Si quidem, ut recle observat Bartholomaeus Zie-

的狀態狀態狀態狀態狀態狀態狀態狀態

genbalgius, olim Danicae heterodoxae missionis apud Indos orientales minister (1), in mappis etiam geographicis, & libris historicis talia tantum inveniuntur regionum, urbium, & personarum nomina, quae Indus intelligere nequit, quia Europei omnes illas voces & nomina ex ignorantia linguae falso pronunciarunt, & exararunt. Nulla ergo gens, nulla ditio, nulla urbs, nulla lingua, quae Barmana dici possit; cum potius Bomana nar' ¿ξοχήν, vel ex bonoris cognomine barum omnium unaquaeque appellari consueverit, quod ex buius linguae genio vel magna gens, vel vir fortis, Bomas nomine designetur. Quae ad litterarum figuram, nomen, & potestatem, tum quaco ad pronunciationem pertinent, ex alphabeto ipso cognoscere licebit. Illud dumtaxat beic monere praestabit, XXXIII. numerari simplices, seu radicales litteras, ex quibus una tantum 30, a scilicet, pro vocali baberi debet, utpote quae variis signis affecta, sicut quaelibet consonans, ceterarum vocalium sonum, ac vices gerat. IV. Alphabetum alterum vero, quod acre incisum priori editione adduximus, nunc baud

HOROMORE OR OR OR OR OR OR

moramur, etsi huiusmodi alphabetum Pali, sive

<sup>(1)</sup> The faur. epistol. La-Crozian. tom. 1. p.381. epist. 319.

Bali, sive etiam Balia appellatum, vetustissimum in Avae regno, & arcanum esse probe sciamus, utpote quod a Talapoinis [ quod monachorum genus est ] usurpari soleat. Scilicet praetereundam a nobis omnem de eo curam\_ existimavimus, postquami tres, vel quatuor buiusmodi characterum formas dubias, duas vero falsas omnino esse intelleximus, quin nobis quidquam certius, aut securius oblatum fuerit, quod sufficiendum tuto censeremus. Cum autem hoc idiomate Pali exaratus sit liber Kammua, seu codex ordinationum, caeremoniarum, praeceptorumque omnium ad religionem pertinentium, qui etiam in regno Peguense, Siamensi, Laosensi, & Arakanensi obtinet, eius specimen non abs re fore cogitavimus, si denuo a nobis boc loco proponeretur. Ceterum, qui priora exemplaria cum boc nostro contulerit, plane perspiciet, omnino inter se differres; si quidem & varias litterarum formas prorsus ab autographo alienas refingendas, & ipsum linearum ordinem, & mensuram ipsam ad archetypi fidem revocandam curavimus, ut quantuni fieri posset exemplari, quod in bibliotheca collegii Urbani de propaganda fide adservatur, responderet. Huiusmodi lingua Pali memoratur etiam a Kaempferio (1), qua Buttam

**,我回找倒找倒找倒找圆光面光面光面光面光面**光

於回我回我回我回我回我回我回

<sup>(1)</sup> Histor. Iapon. tom. 1. pag. 208.

pag. X.

## PROOEMIVM KAMMVVA

SIVE LIBRI CAEREMONIARVM TALAPOINORVM

மீனபயம்ப்பாயமாபியா:

igiuge une un qui que illus S. Expilly

PROOEMINM SIVE LIBRI CAERENONI HANDING TO THE HIDDCHUMAIN MINIMULLIN HUBITELLINE A THE LITTE alter 255

Deum, de quo tam docte, tam copiose, tamque eleganter disseruit vir cl. Augustinus Antonius Georgius Eremita Augustinianus (1) Sammona Khodum a Siamensibus, & Sammana Khutama a Peguanis appellatum testatur. Sacram banc linguam innuit insuper Maturinus Veysierreius La-Crozius (2), quam guidem usurpatum asserit in regnis Laos, Pegù, Cambodiensi, & Siamensi, quamque cum ceteris Indicis litteris, quibus Brachmanes, Malabares, Ceilanenses, Siamenses, & Iavanes utuntur, satis inter se, etsi mutatis pro genio gentium apicibas, convenire contendit. Illud etiam leviter attingemus, linguam alteram, Carian dictam, penes hos populos haberi, quae sibilis scatet, & ex monosyllabis coalescit, ut nibil

HOHOKOKOKOKOKOKOKOK

v. Unde alphabetum Bomanum, & alterum Pali nuncupatum, mutuati fuerint Avenses, penes quos cum imperii sede utrumque potissimum praestat, non facile dictu est. Ceterum

(1) Alphabet. Tibetan. passim.

cum ceteris commune babeat.

光色光面光面光面光面光面光面光

<sup>(2)</sup> Comment. epistol. La-Crozian. som. III. epist. 42. pag. 85.

La-Crozius (1), ut nos etiam alibi advertimus (2), in ea fuit sententia, ut censeret Indicas, & Tartaricas linguas omnes a Persica,
banc vero ab Aegyptiaca originem ducere, quod
sane inficiatus est Theophilus Sigefridus Bagerius (3); qui interim tamen suspicatus est,
veteres Persicas, quas Thomas Hydeius illustrare aggressus est, quamdam convenientiam cum
Armenicis babere. Ast multam alphabetum

Pall, quoad nonnullas litteras, similitudinem

habere videtur cum Armenicae linguae elementis, quae quidem nonnisi post saeculi IV. dimi-

dium obtinuerunt, cum antea Armeni finitimo-

rum populorum litteris, scilicet Persarum, Sy-

rorum, & Graecorum uterentur (4). Hoc au

(1) Loc. cit. epift. 9. pag. 22. & 23.

(2) In praefatione ad Alphabetum Brammhaoicum, seu Indostanicum universitatis Kasi, §. 1v. pag XIII.

(3) Cit. commerc. epistol. La-Crozian tom.I.

epist. 13. pag. 16.

(4) De origine, & antiquitate linguae Armenae videndus Moses Coronensis scriptor saeculi IV. & V. lib. III. bistoriae Armenorum, Londini typis Wisthonianis ann. 1736.

多类。我自然自然自然自然自然自然自然自然

tem nonnisi leviter, & cursim attingimus, cum Palicorum apicum incertitudine cobibiti ab omni comparatione nos modo temperemus. Ceterum & Malabaricum etiam alphabetum, quod iam ab anno CIDIOCCIXXII. publici iuris factum fuit, multis donatur litterarum formis, quae ad Armenicas litteras accedunt; licet Malabaricum idioma quoad voces Syriacae, & Chaldaicae linguae originem, vel communionem aliquam prodere potius videatur. Si binc argumentum peti liceret de Indicarum litterarum origine, cum Armenicae non vetustissimae sint, ut superius innuimus, parum etiam antiquitatis tribui Indicis posset; ast si ab Armenis, commercio suffragante, allatae fuissent litterue Persicae, quibus ipsi antea utebantur, aique illae praesertim, quas ex Zendica, & Pazendica scriptura eduxit Hydeius, & de quibus plura scite edisserit eruditus auctor commentationis de fatis linguarum orientalium Arabicae nimirum, Persicae, & Turcicae, quae edita est Viennae (1) tum seorsim, tum ante novam Arabici lexici Meninskiani editionem, quamque nobis comiter communicavit vir amplissimus, aeque ac doctissimus Iosephus Garampius S. R. E. Cardinalis, & Montis Faiisci,

我回我回我回我回我回我回我回我回我

多类圆类圆类圆类圆类圆类圆头圆

<sup>(1)</sup> Typis Iosephi Nobilis de Kurzbock 1780. in fol. Vid. S. VIII. pag. xī.VIII.

想我回我會我會我會我會我會我會我自我

eisdem adscribi, earumque origo Armenis quinetiam accepta referri posset. Verumtamen in perquirenda rerum origine nonnisi verisimilitudines consectari possumus, nec nisi dubitanter

coniecturis aliquid tribuere decet.

VI. Poëst praesertim, quae similibus syllabarum desinentiis potius, quam ipso numero syllabarum condatur . gaudent Barmani . Ea nimirum utuntur in tractandis praecipue rebus ad religionem pertinentibus. Ita etiam conscriptus est codex regularum, quae a Talapoinis observantur, Padimot ab ipsis appellatus, qui palmis, quibus nomen ole, conscriptus, & Barmanorum lingua expressus servatur nunc in laudata collegii Urbani bibliotheca . Ibidem etiam prostant nunc epistolae Divi Paulli, evangelia dierum dominicalium, epistola dogmatica, & dialogus inter Missionarium, & Talapoinum, quae & eodem idiomate concepta sunt, & iisdem palmis conjignata. Accessit tandem evangelium Divi Matthaei barmanice loquens, & exceptum alio papyri genere, quod babota alba nuncupatur. Haec omnia iam a Melchiore Carpanio Laudensi, Clerico regulari S. Paulli, & ex Avensi missione reduce resignata cl. Praesuli Stephano Borgiae sacrae congregationis de propaganda Fide a secretis, in suprascriptam bibliothecam ex eiusdem largitate migrarunt. Sed de idiomate, eiusque codicious satis.

業會業會業會業會業會業會業會業 Nos tamen laetamur interea, omnium primos & litterariae reipublicae exhibuisse, & catholicae religionis incremento dedicasse exoticum boc alphabetum, & nunc denuo emendatius reposuisse, cuius nulla vestigia in tabula aenea xxvII. alphabetorum, quam a se restauratam, & auctam rursus edidit CIDIOCCLIX. Carolus Mortonius medicus, & Londinensis regiae societatis a secretis; nulla in celebri, & magna illa alphabetorum collectione, quam adductis ducentis orationis dominicae versionibus, per totidem exotica elementa, & idiomata expressis, vulgavit Lipsiae anno CIDIOCCXLVIII. Iob. Frid. Fritzius, & Beniaminus Scultzius; nulla in syllabo altero orationum dominicalium a cl. Chamberlaynio edito; ac nulla demum in magno lexico encyclopaedico, ubi plurium exoticarum linguarum alphabeta adducta sunt. Nunc id unum est reliquum, ut quae instrumenta parantur quotidie, quaeque instituuntur commoda ad evangelicas veritates longe lateque inter gentes, adhuc idolorum cultui foede mancipatas, disseminandas, quique iisdem suffulti & instrumentis & commodis ab bac nostra congregatione, tamquam ab instructissimo armamentario praecones quocumque terrarum ablegantur, caelesti virtute roborentur, ut & beatistimi catholici orbis rectoris & magistri PII VI. votis, & providentissimi congregationis, & typographiae Praefecti, & S. R. E. Cardinalis Leo-的。 於國際國際的 於國際 國際 國際

**多类®类®类®类®类®类®类®类®类®类** 

nardi Antonellii, tum & ceterorum Procerum fidei propagandae negotiis praepositorum studiis aique sollicitudinibus uberrime respondeant. Tu, qui legis, haec boni consulas, & vale.



成回來回來回來回來回來回來回來

# IN ALPHABETUM BARMANORUM PRAEFATIO.

業會業會業會業會業會業會業會業



IS omissis, quae de Barma- anae gentis origine, moribus, religione hic disseri aliquis fortasse vellet, de

quibus quidem ad Sacram Congregationem, prout novimus, iam retulimus, nonnulla tantum, quae ad rem magis spectant, nempe de novo hoc alphabeto, ac de Barmanorum lingua dicemus. Huius itaque linguae radicales voces fere omnes monosyllabae sunt; quae vero polisyllabae occurrunt, pleraeque aut ex monosyllabis constant propriam significationem retinentibus, ut praeit, excors, aliaeque paucae in lingua Latina; aut ex lingua

张圆米圆米圆米圆米圆米圆米圆米圆米

2

共會共會共會共會共會共會共會共會共會共 Pali derivantur, seu ex Magatà, quae sacra est lingua, atque litteratorum; eadem, ut puto, ac Samscrit, vel certe antiqua Brachmanum lingua cis Gangem. Erraret tamen, qui ex eo quod Barmana lingua monosyllabis referta sit, eam simplicem, sive unicam existimarer; siquidem Anglica lingua, ut omnes norunt, monosyllabis scatet, nec tamen simplex, sed ex pluribus linguis composita coalescit: immo vero Barmana lingua ex duabus saltem composita videtur, quarum unaquaeque vocibus constabat monosyllabis: haec etenim lingua articulos habet, seu casuum signa, quae respondent articulis Italorum il, del, al &c., seu casuum signis di, a &c., quaeque nonnisi cuiusdam gravitatis, aut elegantiae caussa adhibentur. Iam vero in linguis, quae articulos habent, libera haec eos adhibendi, vel omittendi facultas non de-學共會共會共會共會共會共會共會

prehenditur. Dicendum ergo videtur Barmanam linguam ex duabus esse compositam, quarum altera articulis gaudebat, carebat altera. Hanc autem\_ duorum idiomatum unionem ostendit quoque duplex ratio res numerandi, & substantivum efformandi, ut mox videbimus. Eamdem aliquo demum pacto probat etiam assidua ferme duorum synonymorum in dicendo coniunctio, veluti si latine diceretur: capio - prebendo, video - cerno &c. quod quidem invenustum esset in lingua Latina, atque orationem nimio prolixiorem efficeret; sed secus est in Barmana: pleraeque enim eius voces, ut diximus, monosyllabae sunt; quumque una, eademque vox plures saepe habeat significationes, duarum synonymarum coniunctione verus decernitut sensus. Haec sane lingua non immerito

philosophica appellari potest; eius enim

是回珠倒珠圆珠圆珠圆珠

verbis rerum natura, & effectus satis exprimuntur. Hinc pleraque animalium nomina, vel eorumdem referunt voces, vel peculiares characteres. Omnia autem hominum nomina, necnon urbium, atque pagorum, non, ut apud nos, omni nunc sensu vacua, sed significantia, ac totidem fere histo-

會業會業會業會業會業會業會業

Numeri unus, duo, tres &c. quando abstracti non sunt, attributum, saltem genericum, praeseferunt, vel modificationem rei, quae numeratur; quare ubi nos simpliciter dicimus: unus Deus, unus

riae monumenta funt (a).

<sup>(</sup>a) O Ran-goun, quae urbs, Peguauo regno in Barmanorum potestatem redacto, conditaest, bostium, vel bellorum sinis interpretatur.

3000 en-uà, vulgo Avà, est Lacus-os, ubi nempe condita olim suit Ava, unde totius regni nomen. Lacus autem magni sluminis arenis repletus paullatim est; sed urbis nomen locum sundationis commemorat.

學業會業會業會業會業會業會業會業會

homo, una amphora &c.; duo Dii, duo hemines, duae amphorae &c. barmane dici
debet: Deus una malestas, vel gratia,
Deus-duae maiestates &c. homo-una persona; homo-duae personae; homo tres personae &c., vel homo unum caput &c., amphora-unum rotundum; amphora-duo rotunda, vel duae rotunditates &c., atque
hoe quidem pasto omnes ferme res numerantur, mensuris exceptis, atque ponderibus (a): haec vero numerandi ra-

<sup>(</sup>a) တာဝေ ရှာစ်ခေါ် သို့ သိမ် taèim naèim fun-eim &c. una domus, duae domus; tres domus &c. တရာ ရှစ်ရာ သိရာ taroá naroá funroá &c. unus pagus, duo &c., haec, & pauca his similia pariter excipiuntur. Communius autem numericum attributum est a khu quiddam: sic သစ်တာေသခု ရှစ်ခု sittáh takhù nakhù &c. lignea-arca una quaedam, vel unum quiddam; duae quaedam &c. idque quamvis res definita & certa numeretur.

業會業會業會業會業會業會業會業 tio nedum inutilis, sed etiam implicans valde est : locum tamen praebet curiosis investigationibus. Quod autem magis incommodum nobis occurrit in lingua Barmana est defectus coniunctionum, ac disiunctionum, cuiusmodi sunt: &, aut, sed &c., cui difficultati addenda etiam est verborum constructio, seu potius inversio adeo eius linguae propria, ut in ipsa quoque Latina lingua intolerabilis sit. Sic ex. gr. Pater noster, qui es in caelis, barmane construi ac dici debet မြီး မျာရေးဝရှိဘ mó má ne, do ba, caelo in est, nostrum Pater; atque hic quidem simplicior, nobisque magis probatus esset dicendi modus; sed a Barmanis, quibus verbositas iam placuit, nimium vulgaris existimatur; adeoque dicendum : မိုးကောင်ကင်၌၊နောတော်မှု သာ၊အကျွန်ုပ်ဝန်ဖြစြာဖ။ mò kaun ghen naik, né dω mú fω, akiunouptò i apà: 共國共國共國共國共國共國共國共

quod latine. caelo praeclaro campo in manet qui famulorum (nostrum) Pater; veriusque italice: cielo empireo in dimora che servi de Padre. Qua ex constructione profecto patet eas, quas nos praepositiones vocamus, veras esse in Barmana

業會業會業會業會業會業會業會業

lingua postpositiones.

Nullam haec lingua habet nominis declinationem: of to, vel do pluralem quidem indicat numerum alicuius, vel diversorum simul nominum; nihilominus, ut genere, & casibus, ita etiam numero sunt indeclinabilia. Verborum una tantum est coniugatio, quae quatuor habet modos: interrogativum (a), imperativum, gerundium, & moduin communem. Tria vero tantum distinguun-

《愈狀傳狀傳珠傳珠傳珠傳

<sup>(</sup>a) Modi huius inflexio, seu desinentia alia est, si vo, vel 65 interveniant; quum nempe interrogatur quis, quid, ubi &c., alia vero, si secus.

tur tempora: praesens, praeteritum, ac futurum; & quandoque praesens pro praeterito, & futuro; & pro praesenti etiam praeteritum nonnumquam usurpatur. Substantivum verbale efformatur, radicali voci litteram 30 a praeponendo, ut 300, 30 ( ) azzó, apiá, dictio, locutio, ex 20, 6(90 zzhó, piw, dicere, loqui; vel monosyllabum ac khièn addendo; quod quidem monosyllabum post plura etiam verba semel positum totidem efficit substantiva verbalia, vel ex omnibus unum : ရိုက် တိုး ခုပ်ချ raik to khoup khien (a), verberatio, ictus, caesso. Adverbia demum aliud plerumque non sunt, quam repetitio, seu duplicatio adiectivi : ကျတ် ကျတ် kiàt kiàt,

来倒来圆来圆来圆来圆来

<sup>(</sup>a) Khièn si demas erunt tria verba: verberare, icere, caedere.

業會業會業會業會業會業會業會業會

fortis fortis, idem est, ac fortiter. ကောင် ကောင် kaun gaun, bonus bonus, idem ac bene. Haec autem repetitio, sed cum aliqua mutatione observatur etiam in plerisque adverbiis, quae ab adiectivis non derivantur. ကလစ် ကလား galàn galà, non recta via, seu inordinate. mool non kabauk kabek, absque parsimonia, vel indiscrimi-

natim. Sed huius generis adverbia non multa occurrunt.

Praeter quasdam consonantes, quas Europaei vel difficile, vel nullatenus proferre possunt, plures Barmana lingua haber aspirationes, nasales, gutturales, aliasque, quibus ea locutio nobis perdifficilis est. Mutant saepe in dicendo Barmani, idque pro lubitu, consonantem r in i, vel j; saepius vero t, p, aliasque fortes, duplicesque in d, b, & in alias simplices, seu tenues. Sed

quassam hac in re licuit regulas animadvertere, quas in alphabeto notavimus. In hac denique lingua per solam saepe aspirationem significatio activa tribuitur verbo neutro, aut passivo. Sic og kià, cadere, vel decidere; q khià, deponere, vel deiicere; qoò hlut, dimittere; qoò lut, liberum esse.

Barmani nullam propriae linguae grammaticam habent; immo ne voces quidem vocibus respondentes articuli, substantivi &c. Libri Sadà, & Ovibatzoè informes quaedam sunt grammatica, & explicatio linguae sacrae, sed pauci sunt ex Barmanis, qui hos libros intelligant; quique eos didicerunt, vel iis solum etiam studuerunt, nihil solidi scientes, se doctissimos hominum arbitrantur.

Barmanorum poësis vix ulla gaudet varietate, sicuti etiam cantus, ac musi-

業會業會業會業會業份業

然會從會從會從會從會從會從會 ce : eorum poemata, quae piò, vel radu nuncupantur, interminabiles esse solent progressiones versuum, quorum singuli quatuor syllabis, constant (a); quorumque saltem duo in fine periodi, simili desinentia ita ligantur, ac si italice diceretur: Or te lo do: Se pur l'ho. Scilicet ultimus tribus tantum syllabis constat; atque hoc quidem modo omnia fere eorum proverbia facta sunt, & ligata : တပူးမစား။ကူလားသား။ ။မြက်ရွာ မသစ်။ကူလာဥာစ်။ Tabù mazá : Kulá sá: Mienna masit : Kula gnit : Dentes qui non scalpit: Transmarinus advena: Vultum qui non lavat: Transmarinus immundus. Sed ex aliquo etiam radù, seu jedù exemplum ponamus : ကျမ်ကန်တိ လာ။ မှတ်သား စာလော့။ ကင္ဘာာဥိသူ။ ရှင် နောင်မြူသုံးစွဲယူသရွေ။ Kiàm gan tì lá:

<sup>(</sup>a) Raro aliud metrum occurrit.

Mat sá ná là: Kabá ú sú: Scen Naunbiú si : Zoæ' ju sade &c. Scripturae oraculum: Ausculta, perpende: Mundi initio, îlle: Dominus Naunbiu: Sumpto conceptu, hoc est, incarnatus quum esset &c. Horum versuum tinguli, ut patet, quatuor constant pedibus, seu syllabis; tertius autem versus, quintus, & quiliber ex imparibus sequentibus, duos habet pedes soni similitudine praecedentibus ac subsequentibus ligatos versibus; secundus vero versus, quartus, & pares omnes tertium tantum pedem ita ligatum habent, ut in exemplo apparet. Denique nec lenga, h e. poess ; nec oratio Barmana ullam admittit vocalium elisionem, ut latina lingua. Diphthongi autem, atque etiam triphthongi in tota lingua Barmana frequentes admodum funt.

Haec demum lingua plures habet peculiares dicendi modos ad Deunt

的状态来。 新像类像类像类像类像类 學業會業會業會業會業會業會業會業會

orandum; atque ad sacerdotes, dominosque alloquendum, adeo ut praeter communem coniugationem, de qua diximus, duas alias recensere fas sit, quarum altera magnificans, vel ampliativa; altera humilis, aut assentans dici possit, cum rogativo quodam modo, pro imperativo · Hinc prope offenduntur Barmani, quum nos Deum more nostro alloquimur; quumque Deo, & Sanctis imperamus, dum cos deprecamur; itemque nos prorsus rudes existimant, quod iisdem verbis utimur erga principes viros, ac erga populum; atque hac quidem in re Barmana lingua nostris longe ditior est; sed si de metaphysicis rebus sit sermo, praesertim vero de scientiis, & artibus, quarum alias vix mediocriter assequati sunt Barmani, alias adhuc ignorant, eorum lingua adhuc inops verbis, & carens eft. Lingua Palì, seu Magatà plura ei com-

到我回我回我回我回我回我回

modavit vocabula; inprimisque numeros ordinales atque etiam numerorum supra millionem nomina, quae ad quadrilionem usque per decuplam progressionem nova semper enunciantur; vocabula etiam astrologiae, & religionis praestitit; verum quum libros Palì, nec multos, nec multum varios habeant Barmani, quumque pauci ex Talapoinis ipsis hos libros intelligant, vocibus Palì haud multum aucta est lingua Barmana.

其會共會共會共會共會共會共會共會共會共

Libros Palì ex insula Candì, seu Ceilano ad Peguanas oras invexit Brachmanes quidam, nomine Boudogòsa; eosque Barmani iuxta Maharazoèn (magnam historiam) receperunt anno sacrae ipsorum aerae nongentesimo quadragesimo, qui respondet anno aerae nostrae tercentesimo nonagesimo septimo. Simul autem cum libris, etiam litterae, seu scriptura Palì in eas regiones invectae suerunt, eodem ferme tempo-

我回我回我回我回我回我回我回我回找

re, quo in Siamense regnum; verum Siamenses propriam iam habebant scripturam, qua etiamnum vulgo utuntur; quum penes ipsos alphabetum Magatà, seu Palì, sit, uti apud nos Graecum, vel Hebraicum. Barmanorum autem. vulgaris, & sola scriptura est ipsa Palì, sicuti etiam Peguensium, & populorum Sciam, qui omnes antea nullas habebant litteras; aliquae tamen differentiae inter Barmanos, Siamenses, aliosque paullatim, ut fit, irrepserunt, tum quo ad litteras, tum praesertim quo ad signa, seu notas, quae litteris adduntur, ut certum acquirant sonum; nullam enim vocalem hoc habet alphabetum praeter solam 30, a, quae ultima est xxxIII litterarum huius alphabeti; eaque non est, ut vocalis constantis soni, sed ut ceterarum vocalium elementum, quod scilicet varie notatum ceteris vocalibus supplet. Ceterae au-

集會共會共會共會共會共會共

我會我會我會我會我會我會我會我會我會

tem litterae vocales, quas videre est in fine alphabeti, posterioris sunt inventionis, & exigui usus in scriptura; ut enim ad certum sonum determinen-

我會我會我會我會我會我會我會我會我

tur consonantes signis variis, supra,

subtus, & ad latus notari solent.

Porro, Barmanae scripturae analysi rite sacta, XLIV ea habet litteras radicales (a); signa autem sexdecim, quorum simul etiam quatuor unicam quandoque litteram comitantur; hinc tantus resultat copulationum numerus, ut typographis negotium valde sacesserit tot typorum incisio (sere quingentorum) quot revera excidi oportere existimarunt: quamquam & longe minori, ut reor, numero rei satissieri potuisset; quum signa omnia litteris prorsus

我回来回来回来回来回来回来回来

<sup>(</sup>a) Ex his plures aliarum synonymae sunt; plures vero solis sere vocibus Palì conscribendis adhibentur.

學我會我會我會我會我會我會我會我會

externa; atque a litteris separabilia

Barmani feptem habent sonos, seu vocales Italorum: duas e; apertam. nempe, & praestrictam: duo a; medium; & largum, seu apertum: atque a, i, u: o tamen medio, & e apertae designandis nullas habent simplices litteras, fed combinatione utuntur: ex.gr. အယ်, &' : သို, စ် : ကယ် ကို, kæ' kó &c. Consonantibus f, & q, ut lingua, ita & alphabetum caret; sabsque sibilo pronunciatur; littera c, quam per ng utcumque expressimus, simplicis est soni, nullisque nostris litteris exprimi potest; hanc exacte reddit y Hebraeorum; ac Romanae synagogae Hebraei recte pronunciant.

Litteras Barmani alphabeti rotundas prorsus esse oportet, seu circulares; atque inter signa ipsa vix tria re-

然回来回来回来回来回来回来

會業會業會業會業會幾會幾會業會

ctilinea conspiciuntur; ac sane si in nuper excisis typis rotunditati uniformitas, sensibilioresque umbrae additae sussenti tum si opportune litterarum labia intorta essent, veluti

in of, potius quam in of, perfectae

formae characteres expressi fuissent,

omniumque oculis probandi.


Praeter rotundos characteres, qui communi scripturae inserviunt, quadratos etiam habent Barmani, qui adhiberi solent pro inscriptionibus; quibus que nonnulli etiam ex sacris libris conscripti sunt. Verum sive rotundae, sive quadrae adhibeantur litterae, semper a sinistra dextrorsum, uti apud nos, scriptio progreditur.



的狀態狀態狀態狀態狀態狀態狀態狀態

會業會業會業會業會業會業會 業 會

## ALPHABETUM BARMANORUM.



## 學業會業會業會業會業會業會幾個

## ALPHABETUM

SIMPLICIUM SEU RADICALIUM LITTERARUM

Quod Barmane ex primis duabus litteris

Mosses Kaghi-khagué

nuncupatur.

Littera

m

Valor K Denominatio

Kaghigh:
b.e. Ka magnum:
(praesertim quia
prima est alphabeti littera). Ceterarum nomen
ab earumdem sigura, absoluta;
vel relativa desumptum est.

共國共國共國共國共國共國共國共

高光高	學業會業會業會第	光图光图光图光	633
ACK WAY	क्षा ३०६ का ३०६ का ३०६ का ३०६	मण्ड प्राप्त प्राप्त प्राप्त प्राप्त प्राप्त प्राप्त निम	STOR FARTY
架.	Yr 1	7	釈
Eitte Litte	ra Valor	Denominatio	£03
業。	kh	202	385
衆る		ခခွေ	ACK.
fich.	gutturali aspira-	khagué:	£633
<b>355</b>	tione affectum.		355
(G)	cione affections.	kha spirale:	503
業。	~	5	385
ACK ()	g	ဂငယ်	AOK COS
£(5)3	iuxta Germanorum	ganghæ':	STORY.
<b>39</b> 2			300
	pronunciationem.	ga parvum.	(3)
35 373	ah	012	366
AOK SO	gn	ಬ(್ರೀ	SON SON
30K	leviter aspira-	Ghaghí:	A CK
, <del>9</del> 58,	0.1		SER.
<b>(6)</b>	tum (nullius fer-	Gha magnum.	(0)
£	me usus)		356
- A	44		63
SES C	9	С	NC.
. <del>33</del> %	Hebraeorum.	ñgha recte ya.	ALK.
6	electricorum.	ligha recte ya.	がの
<b>到</b>			355
幾の	-	200	663
***	Z	စလို	3/54
30k	dura sicuti in	zzalóun:	紫圆珠
(0)			(6)
<b>◎</b>	zappa ab Italis	zza rotundum.	35
6	pronunciatur; vel		(6)
***	sicuti a Gallis,		355
		C	ACK.
	aliisque c in dicer	e, facite oc.	Sec.
**	A Second		業會業
倒类的	然會無會無會無會	光學来學来學来	(6)
Kray Mok con	のでは、なって、ないとのでは、そのでの	MOK CON YOK CON YOK CON YOK	15 000

